Heidelbg. UB Sal. IX 20?

J. N. Bakhuizen van den Brink, Ratramnus De Corpore et sanguine domini, Verhandelingen der Koninklijken Nederlands Akademie van Wetenschapen. Afd. Letterkunde Niuewe Reeks deel 87 (1974)



[illegible] dominici
corporiſ et ſanguiniſ ē intelligentia.
Quib; quiſq; participat aduertat
ſe talia debere pparare [illegible] uita
tor [illegible] p [illegible]endo [illegible] me
moria mortiſ [illegible] credendo uerū
[illegible] guſtando [illegible] Jtē beatuſ pau
luſ ad hebreoſ. Taliſ enī decebat ut
nob eēt pontifex ſcſ innocenſ in
pollutuſ ſegregatuſ a peccatorib; et
excelſior celiſ factuſ. Qui n hīt neceſ
ſitate quē admodū ſacerdoteſ cotti
die hoſtiaſ offerre prius p ſuiſ de
lictiſ deinde p populi. Hoc enī fec
ſemel ſe offerendo dnſ ihc xpc. Et
ſemel fec n cottidie frequentat.
Semel enī p peccatiſ populi ſe obtulit.

n seruauit pat. Nihil ille panis di descen
dit e celo q uitã dat huic mundo Inci
pit liber Ratramni de perceptione
corporis et sanguinis dni. ad Karulu
IUBES GLORIOSE PRINCEPS UT magni.
quid de sanguinis et corporis xpi my
sterio sentiã uræ magnificentiæ signi
ficẽ. imperiu quã magnifico uro prin
cipatu dignu tã nræ paruitatis uirib;
cstat difficillimu. Quid eni dignius re
gali prudentia quã de illis sacris myste
riis catholicæ sapere q sibi regale soliu
dignatus ẽ contribuere et subiectos pa
ti n posse diuersa sentire de corpore
xpi in q cstat xpianæ redemptionis suma
csistere. Du eni quidã fideliu corpo
ris sanguinisq xpi qd in eccla cottidie
celebrat dicant qd nulla sub figura
nulla sub obuelatione fiat. s; ipsius ue
ritatis nuda manifestatione pagat.
quidã u testent qd hec sub myste
rii figura ctineant. et aliud sit qd
corporeis sensib; appareat. aliud au
qd fides aspiciat. n parua diuersitas
inter eos ẽ dinoscit. et cu apls fide
lib; scribat ut idem sapiant et idẽ
dicant oms. et scisma nullu int eos
appareat. n paruo scismate diuidunt.
q de misterio corporis sanguinisq
xpi n eadẽ sentientes locunt. Qua
ppt regalis uitæ sublimitas helo fidei
puocata n equanimit ista ppendens.
et scdm apli pceptu cupiens ut idem
sentiant et idem dicant oms ueri
tatis diligent requirit secretu ut ad

eu deuiantes reuocare possit. Unde non
contempnitis et iã ab humillimis hui rei ue
ritatẽ pquirere. scientes qd tanti secre
ti misteriu n nisi diuinitate reuelante
possit agnosci. quæ sine psonaru acce
ptione p quoscuq delegerit suæ ueri
tatis lum ostendit. Hrẽ u tenuitate
quã sit iocundu uro parare imperio
tam ẽ arduu sup re humanis sensib;
remotissima. et nisi p sci spc erudictio
ne n posse penetrare disputare. Subditus
igit uræ magnitudinis iussioni. cfisus
au ipsius de quo locuturi sum suffragio.
quib; potuero uerbis. quid ex sentiã ape
rire tẽptabo. n pprio fretus ingenio s;
scoru uestigia patru psequendo.

Quod in eccla ore fideliu sumit corp
et sanguis xpi. querit uræ magni
tudinis excellentia in misterio fiat.
an in ueritate. id ẽ utru aliquid secre
ti ctineat qd oculis fidei solumodo
pateat. an sine cuiuscuq uelatione
misterii hoc aspectus intueat corpo
ris exterius qd mentis uisus inspiciat
interius. ut totu qd agit in manife
stationis luce clarescat. et utru corp
ipsu sit qd de maria natu ẽ. et passu.
mortuu et sepultu. qdq resurgens a
mortuis. et celos ascendens. ad dexterã
di patris csideat. Haru duaru quæ
stionu primã inspiciam. et ne dubie
tatis ambage detineam. definiam qd
sit figura. quid ueritas. ut certu aliqd
ctuentes nouerimus q rationis iter

de du ab; qsti onib;

Heidelbg UB. Salem. 9,20, f.17v

seruauit pater. Mihi ille panis dei descendit de caelo qui uitam dat huic mundo. Incipit liber Ratramni de perceptione corporis et sanguinis domini. ad Karolum.

IUBES GLORIOSE PRINCEPS UT magnitudinis quid de sanguinis et corporis xpi mysterio sentiam uestre magnificentie significem. imperium quam magnifico uestro principatu dignum tam nostre paruitatis uiribus constat difficillimum. Quid enim dignius regali prudentia quam de illis sacris mysteriis catholice sapere, qui sibi regale solium dignatus est contribuere, et subiectos pati non posse diuersa sentire de corpore xpi in quo constat xpiane redemptionis summam consistere. Dum enim quidam fidelium corporis sanguinisque xpi quod in ecclesia cottidie celebratur dicant quod nulla sub figura nulla sub obuelatione fiat, sed ipsius ueritatis nuda manifestatione peragatur. quidam uero testentur quod hec sub mysterii figura contineantur. et aliud sit quod corporeis sensibus appareat. aliud autem quod fides aspiciat. non parua diuersitas inter eos esse dinoscitur. et cum apostolus fidelibus scribat ut idem sapiant et idem dicant omnes et scisma nullum inter eos appareat. non paruo scismate diuiduntur qui de misterio corporis sanguinisque xpi non eadem sentientes locuntur. Quapropter regalis uestre sublimitas zelo fidei prouocata non equanimiter ista perpendens et secundum apostoli preceptum cupiens ut idem sentiant et idem dicant omnes ueritatis diligenter requirit secretum ut ad eum deuiantes reuocare possit. Unde non contemptus etiam ab humillimis huius rei ueritatem perquirere, sciens quod tanti secreti misterium non nisi diuinitate reuelante possit agnosci, que sine personarum acceptione per quoscumque delegerit sue ueritatis lumen ostendit. Nostre uero tenuitati quam sit iocundum uestro parare imperio, tam est arduum super re humanis sensibus remotissima, et nisi per sancti spiritus eruditionem non posse penetrare disputare. Subditus igitur uestre magnitudinis iussioni, confisus autem ipsius de quo locuturi sumus suffragio, quibus potuero uerbis quid ex sententia aperire temptabo, non proprio fretus ingenio, sed sanctorum uestigia patrum prosequendo.

Quod in ecclesia ore fidelium sumitur corpus et sanguis xpi, querit uestre magnitudinis excellentia in misterio fiat an in ueritate, id est utrum aliquid secreti contineat quod oculis fidei solummodo pateat, an sine cuiuscumque uelatione hoc aspectus intueatur corporis exterius quod mentis uisus inspiciat interius, ut totum quod agitur in manifestationis luce clarescat, et utrum corpus ipsum sit quod de maria natum est et passum, mortuum et sepultum, quodque resurgens a mortuis et celos ascendens ad dexteram dei patris consideat. Harum duarum questionum primam inspiciamus et ne dubietatis ambage detineamur, definiamus quid sit figura, quid ueritas, ut certum aliquid contuentes nouerimus quo rationis iter

de duabus questionibus

Heidelbg. UB. Salem 9,20 f. 17v

festum ē. nisi de solo mediatore dī & hominū. qui ex eo qđ uirtus ē sapientia dī patris ē. ex eo aūt qđ homo factus ē. accepit uniuersorū scientiā & intellegentiā. Quia secđm euangelii ptestatione plenus gra & ueritate cōsistens. sic ex eo qđ homo factus ē. corpore circumscriptus fuit. ita ex eo qđ uerbū caro factū ē. oīa quecumq; sunt absconsa & inuisa nouit. oīa q; cōspicit. & capit oīs sps intelligibiles. Et sic nouit oīa cū patre. ita disponit uniuersa cū illo. De ipsa aūt sapientia subsequenť ineodē libro scribitur ita pse quendo. Attingit aūt ubiq; ppter suā mundiciā. Itē. Attingit a fine usq; ad finē fortit. & disponit oīa suauit. Qui ergo oīa nouit & oīa cōcludit eti nec atq; disponit oīa suauit. pterita. psentia & futura. nequaquā eū latent. sic & superius aīt. quia dederit homini ut cognosceret initiū & medietatē & cōsummatione temporū. Si enī hoc homo ex dono dī pmeruit. quantomagis ille qui hec tribuit cognoscit. Ergo quia nouit & pterita. psentia & futura. dispensat illa atq; disponit. Et qui nouit cogitationes hominū. ipse utiq; disponit eas. n solū bonas. uerū & etiā & prauas. Quamuis enī praue cogitationes hominū nonsint ab eo. non tamē eius cognitione effugiunt. aūt uoluntatis ei dispositionē transgrediuntur. Vnde bonarū cogitationū & auctor ē & ordinator. malarū ū ordinator tantū

n ū auctor. quia attingit a fine usq; ad finē fortit. & disponit omnia suauiter. Sicut ergo hec. ita & etiā & electorū numerū & reprborū cognouit. Et sicut uniuersorū ordinator ē. sic & etiā & eorum. Nec tantū horū actus que gerunt inpsenti uita. sed & fines eorū & nouit & disponit. Qualit aūt de singulis agat. n nouo consilio. nec noua cogitatione concipit. S; in æternitate dispositionis sue. uniuersa queammodū psuccessiones temporū agantur disposita sunt. quia sic apls ait. Apud dm n ē ulla cōmutatio. nec uicissitudinis obumbratio. Sic enim æternus ē. ita & eternaliter oīa nouit. Et sic oīa cōphendit. ita scientie sue lumine quecūq; sunt & fuer. & futura sunt. uno intuitu cōtuetur. Et sic nihil noui ē apud illū. ita in eterna dispositione consistunt immobilit fixa. qualit creaturarū ordo psuccessiones temporum agatur. In qua sempiternitatis dispositione. & electorū finē & repborū cognouit. & de singulis quid agendū sit. sempitno cōsilio immutabilit determinatū ē. Haec aūt sempiterni cōsilii dispositio. pdestinatio ē operum dī. Qua pdestinatione. & electos disposuit ad regnū & reprbos ad poenas. De qua dispositione dī. beatus augustinus in libro de libero arbitrio loquit. demonstrans qđ uniuersorū uoluntates. non solū bonas. sed & malas. quocumq; uoluerit inclinat. & eius dispositioni seruiunt. ita dicens. Scriptura diuina si diligent

Heidelberg UB Salem 9,20 f. 28r

festum est nisi de solo mediatore dei et
hominum qui ex eo quod uirtus est sapientia
dei patris est. ex eo autem quod homo factus est ac
cepit uniuersorum scientiam et intelligentiam.
Quia secundum euangelii attestationem ple
nus gratia et ueritate existens. sic ex eo
quod homo factus est corpore circumscrip
tus fuit. ita ex eo quod uerbum caro fac
tum est. omnia quecumque sunt absconsa et
inuisa nouit. omnia que prospicit. et capit
omnes spiritus intelligibiles. Et sic nouit
omnia cum patre. ita disponit uniuersa
cum illo. De ipsa autem sapientia subse
quenter in eodem libro scribitur ita pro
sequendo. Attingit autem ubique propter
suam mundiciam. Item. Attingit a fine
usque ad finem fortiter. et disponit omnia suauiter.
Qui ergo omnia nouit et omnia concludit conti
net atque disponit omnia suauiter. preterita.
presentia et futura. nequaquam ei latent.
sicut et superius ait. quia dederit homini
ut cognosceret initium et medietatem et con
summationem temporum. Si enim hoc ho
mo ex dono dei promeruit. quanto magis il
le qui hec tribuit cognoscit. Ergo quia
nouit et preterita. presentia et futura. dis
pensat illa atque disponit. Et qui nouit
cogitationes hominum. ipse utique dispo
nit eas. non solum bonas uerum etiam et prauas.
Quamuis enim praue cogitationes homi
num non sint a deo. non tamen eius cogni
tionem effugiunt. aut uoluntatis ei
dispositionem transgrediuntur. Unde
bonarum cogitationum et auctor est et or
dinator. malarum non ordinator tantum
non autem auctor. quia attingit a fine usque ad
finem fortiter. et disponit omnia suauiter.
Sicut ergo hec. ita etiam et electorum nume
rum et reproborum cognouit. Et sicut uniuer
sorum ordinator est. sic etiam et eorum. Nec
tantum horum actus que gerunt in presenti
uita. sed et fines eorum et nouit et disponit.
Qualiter autem de singulis agat. non nouo con
silio. nec noua cogitatione concepit. sed
in aeternitate dispositionis sue. uniuer
sa queammodum per successiones temporum
agantur disposita sunt. quia sicut apostolus
ait. Apud deum non est ulla commutatio nec
uicissitudinis obumbratio. Sicut enim
aeternus est. ita et eternaliter omnia nouit.
Et sic omnia comprehendit. ita scientie sue lu
mine quecumque sunt et fuerunt et futura
sunt. uno intuitu contuetur. Et sic nihil
noui est apud illum. ita in eterna disposit
ione consistunt immobiliter fixa. qualiter
creaturarum ordo per successiones tempo
rum agatur. In qua sempiternitatis
dispositione. et electorum finem et reproborum
cognouit. et de singulis quid agendum sit.
sempiterno consilio immutabiliter determinatum est.
Haec autem sempiterni consilii dispositio pre
destinatio est operum dei. Qua predestina
tione. et electos disposuit ad regnum. et re
probos ad poenas. De qua dispositione
dei beatus augustinus in libro de libero
arbitrio loquitur. demonstrans quod uni
uersorum uoluntates. non solum bonas.
sed et malas. quocumque uoluerit incli
nat. et eius dispositioni seruiunt. ita
dicens. Scriptura diuina si diligenter

Heidelbg. UB. Salem 9,20 f. 28r